

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 07 : De Hesperidibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[88\] : De Hesperidibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 07 : De Hesperidibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 08 : Des Hesperides](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 07 : Des Hesperides](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 07 : De Hesperidibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/904>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Format in-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 216v°-217v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Hespérides](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

Non est fas Borea nati depellere ferro

Inde canes Iouis Harpyias magni.

Has ipsas Harpyias quidam putarunt fuisse ab Hercule postea pulsas ex Arcadia cum Strymphaletum oppidum iuxta Erasimum fluvium popularētur arboris crepitaculi rinnitu, ut dictum fuit. Has scripsit Chæremone sub quodam specu in Creta tandem se abdidisse, unde nunquam postea euolauerint. Atque hæc ea sunt, quæ de Harpyiis memorie prodita sunt ab antiquis. Dicitur sunt Harpyiæ ab *ἀρπάζω*, quod omnia secum raperent, quanquam quæ relinquebant, ita retro & foetido excremento inquinabant, ut foetor omnino perferri non posset. Atque cum fluviorum, fontium, imbrumque natura per Naiades, & reliquas Nymphas, significabatur, aer superior & vis ignea per Iovem, aqua per Neptunum, inferior aer per Iunonem, per Vestem terra; sic per Harpyias vis & natura ventorum significata est ab antiquis; qui, ut dictum est sæpius, sub his fabularum figmentis universa naturalis philosophiæ, & morum præcepta tradiderunt, utilitatem cum suavitate commiscuentes. Atque vel ipsarum Harpyiarum ortus demonstrat vires esse ventorum: qui enim putarunt filias fuisse Thaumantis & Electræ, quid aliud has esse senserunt, quam admirabilem ventorum naturam, qui est supernatante & puriore Oceani aqua per solis radios extolluntur? Huic rei vel illud est argumento, quod Iridem ventorum sororem putarunt, quæ in imbris & nubibus certo ordine collocatis apparet; neque sine imbris fieri potest, quo tempore etiam venti vel dominantur, vel iam antecesserunt. Nomina præterea singularum Harpyiarum ventorum impetum vel celeritatem, vel aspectum significant: nam Ocypete celeriter est volans, Aello procella, Cælo obscuritas nubium, quæ ventis impelluntur. Qui Iridem vocarunt tertiam Harpyiam, in idem reciderunt; nihil est enim horum à vi ventorum semotum. Quid ergo significare voluerunt per hæc ventos à superna vi aquarum à puriore parte scilicet gigni; aut ex ea aqua quæ est cum terra commissa superius, quæ in vapores extenuata in sublime tollitur: qui vapores postea modo in pluvias condensantur, modo in ventos extenuantur. Neque abhorret præterea à civili institutione hæc fabula, quippe cum declarat rapacitatem & avaritiam hominum tanquam gravissimum supplicium Deorum consilio mortalibus immisam fuisse. Nam cur oculis captus est Phineus? quia non videbat humanam conditionem vitæ intra angustissimos terminos includi, paucisque esse contentam, atque ob eam rem perpetua fame discruciabatur; neque poterat præsentibus epulis vesci; cum non pateretur illud habendi desiderium, ut præsentibus bonis perfrueretur, sed ut heret tantum locupletior. Id vulturum corpus, id unæ manus, id ora semper fame pallentia significabant, id reliqua corpora forma, quæ ex animo avari hominis ad unguem expressa est. Quidam per Harpyias furtorum naturam significare voluerunt, quæ virgines ideo putata sunt, quia sterilia sunt Diis ita volentibus, & brevi dilabuntur bona per rapinam furtumque parva; quare & famelicæ, & alatæ, & immundæ dictæ sunt. At nunc de Hesperidibus.

De Hæredibus.

Cap. VII.

Hesperides autem Hesperii Atlantis fratris filiæ fuerunt, quas tamē Eubulus Atlantis, non Hesperii fuisse credidit; Chærecrates Phorci & Cærus.

tus. Nomina fuerunt illarum Egle, Arethusa, Hespertusa, ut diximus in Hercule. Hæ hortos habuerunt non procul à Lixò oppido Mauritaniz in extrema parte Aethiopiæ ad occidentem, ubi loca fuerunt à sole exusta, arenisq; obducta, & ob serpentum frequentiam infesta; neque multum à Meroe, & à mari rubro distantia. ibi anguis esse dicebatur, qui aurea mala custodiret ne ab ullo caperentur; quem serpentem curabat Hesperidum sacerdos, ut apparet ex his carminibus Virg. lib. 4.

Oceani finem iuxta, solenq; cadentem,
Victimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Malsylæ gentis monstrata sacerdos
Hesperidum templi custos, epulasque draconi
Quæ dabat, & sacros seruabat in arbore fructus.

10

Nam ubi Atlas cælum sustinere dicebatur, ibi in extrema ora terræ habitabant Hesperides, ut significauit Dionysius in libro de situ orbis in his;

Ἀτλαστὸν οὐρανὸν ἰσχυρὸν ἔχον κρατερῆς ἄνδρα
σπέρτερον ἰσχυρότερον. πρὶν γὰρ Ἰσπερίδων Ἀντιόχου
ἢ τῶνδε, κεφαλῇ τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο χεῖρατι.

Sustinet hic Atlas cælum, sic fata iubebant,
Victimus Hesperidum locus est in margine terræ,
Hic capite & manibus fert vasti pondera mundi.

20

Hunc hortum fama est Atlantem montibus undique cinxisse, quia Themis illi responderat futurum esse ut Iouis filius eò aliquando accederet, & aurea mala caperet. Hæc mala Agrætas in rebus Libycis oues fuisse sensit, quæ aureæ nominarentur, quæ cum inhumanum & agrestem pastorem haberent, dictæ sunt à dracone custodiri. at Pherecydes lib. 10. ubi nuptias Iunonis commemorauit, terram Oceano proximam in occidente aurei coloris poma tulisse inquit, pomosque aurei coloris fructus ferentes, quam sententiam ita secutus est Lucanus;

Abtulit arboribus precium, nemoriq; laborem
Alcides: passusq; inopes sine pondere ramos,
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.

30

Draco, qui poma ipsa seruabat, Typhonis & Echidnæ filius, Ladon vocabatur, ut testatur Apollonius lib. 4.

Παρθένον ἔστι δ' ἰσχυρὸν αἶθερ, φέρει Λάδων
βίαι τῇ περ χεῖρὶ παρ' ἡρώεα ζῶντι μῦθον,
χεῖρ' ἔχει δ' Ἀτλαστὸν χεῖρατι δόρυ. ἀμφὶ δὲ νύμφαι
Ἰσπερίδων σπέρτερον σφίμερον ἀντιόχου.
ἀν' ἑταῖρ' ἔχουσιν ὅφ' ἀρετὰς δαίχλου
Μάλας σὺνδαντες αἰνὸν ἔχουσιν.

Errantesq; locum sacrum venere, ubi Ladon
Aurea seruabat flauentia mala decora.
Anguis terrigena, hic ubi cælo attollicur Atlas.
Illum curabant nymphæ prædulce canentes
Hesperides; truncum amplexus sed ab Hercule cæsus
Is fuit.

40

Hunc serpentem à terra natum fuisse testatur Pisander, at non à Typhone & Echidna, ut ait Apollonii enarrator. quem capita centum habere putarunt.

lii fama

Mythologia

fama est Herculem cum adhuc aurea mala iuberetur ab Eurystheo diu ambiguum constitisse, quia ubi essent, nesciret: atque ad nymphas Iouis & Themidis in spelunca habitantes cōtendisse, ut ab iis sciscitaretur ubi posset mala aurea Hesperidum reperire; quæ ad Nereum illum miserunt, ut dictum fuit superius. fabulantur etiam Atalantam Schænei filiam tribus malis Hesperidum captam fuisse, quæ Venus dederat Hippomeni; cum nuptiæ eius victori, at mors victis proponeretur: quare non solus Hercules malis Hesperidum potitus fuit. nam quod Atalanta pomis capta fuerit, ita Theocritus ait in Amaryllide;

10

*ἵνα μὲν ἑαυτὴ τὰς παρθένους ἴδῃ καὶ
μὴ δὲ χερσὶν ἰδὼν ἀφῇ τοῖς αἰῶσι. ἀλλ' ἂν Ἀτаланτὰ
δεῖτε, καὶ ἴσῃτε, καὶ ἴσῃτε ἑαυτὴν ἄλλος ἔργον.*

Virginis Hippomenes thalamos ubi forte petiuit,
Mala tenens manibus currebat: ut hæc Atalanta
Vidit, ut periret, magno correpta ut amore est.

Hæc ea sunt, quæ de Hesperidibus fabulosè memorata sunt ab antiquis: nunc quid significant, perquiramus. Hesperides igitur ut alii volunt Hesperii filii fuerunt, ut alii Atlantis; quæ sydera sunt. earum pater cœlum, aut vespertinum tempus fuit, quod quasi frater est Cœli. dictæ sunt habere

20

hortos in occidente, in quibus essent mala, aurea, quoniam stellarum natura est ut tanquam aurum splendeant, & rotunda appareant: eaq; non nili in occidente nasci solita sint, quia sole occidente stellæ apparent, cum lumine solis per diem occultentur. ac quis est draco, qui hæc mala servabat, hortumque ambibat? signiferum circulum nonnulli sunt arbitrati. fuerunt qui mala Hesperidum oves esse in occidente dixerint, in insula, quæ perpetuo lumine circumdabatur in serpentis modum sinuoso & reflexo. Alii cum mala Hesperidum putarint fuisse stellas, serpentem illum esse crediderunt lineam obliquam, quæ nos & astra ipsa intra se continet, quæque horizon siue determinans linea appellatur. ea cum obliqua sit omnibus hominibus, præterquam

30

habitantibus sub ea linea, in qua dies noctibus pares efficiuntur, merito serpens ac draco ab artificibus fabularum fuit appellata. Qui fluvium insulam ambientem anguem esse dixerunt, ii Herculem inquit ad insulam observatis opportunitatibus traiecit ac remeasse, cum fluvius is factus fuisset peruius ob siccitatem, atque inde captas oves in Græciam duxisse. qui vero stellas fuisse mala illa dixerunt, rerum astronomicarum peritiam ab Hercule in Græciam latam putarunt. Atque ut summatim colligam sententiam huiusce figmenti, tanquam serpentes illi servant aurea poma, qui ob avaritiam neque dormire quidem tuto possunt. quare præclare dictum est à sapientibus, divitias tanquam lapidem indicem animi cuiusquam esse datas

40

hominibus, quæ viris bonis & prudentibus facultates essent, & quasi opportunitates ad res præclare gerendas, ad patriæ, ad sui ipsorum, ad amicorum, ad bonorum commoda concessæ: at imprudentibus & malis quasi supplicium; cum augeant desiderium ipsum etiam accumulandi: quare vel ex ipsarum divitiarum usu quantopere quisque sit vir bonus & Dei amicus possumus dignoscere, at nunc de Atalanta.

De